

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contemplacio ai
cum fontibus primis

Cogitacio
uago incesso semper huc et illuc diuertit,
sed meditacio destinata promociione
semper in ulteriora tendit.

Nam cogitatio, uti jam dictum est,
vago incesso semper huc illucque diuertit,
meditatio vero destinata promociione
semper in ulteriora tendit.

Ricardus de sancto Victore, *De gratia
contemplationis*, 1.4 (PL 196, col.68C).

Contemplacio autem est libera mentis
perspicacia in sapiencie specula
cum admiracione suspensa.

Contemplatio est libera mentis
perspicacia in sapientiae spectacula
cum admiratione suspensa,
vel certe sicut praecipuo
illi nostri temporis theologo placuit,
qui eam in haec verba definivit.

Ricardus de sancto Victore, *De gratia
contemplationis*, 1.4 (PL 196, col.67D).

Meditacionis est perscrutari occulta,
contemplacionis autem est admirari perspicua.

Meditacionis est perscrutari occulta,
contemplacionis est admirari perspicua.

Hugo in libro de archa mistica.

Ricardus de sancto Victore, *De exterminacione
mali et promotione boni*, 2.15 (PL 196,
col.1102C).